

*Anfrage eines Kartäusers aus dem Kloster Schnals<sup>2)</sup> an den Generalvisitator des Kartäuserordens (Prior Martin I. von Mauerbach) zur Beachtung des Interdikts. Im Kloster zweifle man, ob das vom Papst wegen des Angriffs Hz. Sigismunds auf NvK über dessen Territorien verbängte Interdikt beachtet werden müsse. Der Herzog habe die Publikation der päpstlichen Bulle verhindert und gegen die Sanktionen appelliert. Der gesamte Klerus der Grafschaft Tirol ignoriere aus Angst vor dem Herzog die verbängten Kirchenstrafen. Da der Prior schwer erkrankt sei, solle der Generalvisitator entweder persönlich kommen oder ihnen schriftliche Auskunft geben. Der Generalvisitator solle die Fragen gegebenenfalls an die Gelehrten der Wiener Universität weiterleiten. Daraüber hinaus bittet man um Fürsprache bei NvK und beim Papst.<sup>3)</sup>*

Kopie (gleichzeitig): WIEN, ÖNB, Cod. 5497 f. 1<sup>r</sup>-4<sup>v4</sup>; (19. Jb.): INNSBRUCK, Museum Ferdinandeum, Dip. 747 f. 1<sup>r</sup>-7<sup>v</sup> Nr. VII (Abschrift von Cod. 5497).

Regest: Jäger, Regesten III 176; J.C. Rief, Beiträge zur Geschichte des ehemaligen Kartäuserklosters Allerengelberg in Schnals (Programm des öffentlichen Obergymnasiums der Franziskaner zu Bozen 1902/03), Bozen 1903, 137 Nr. 405 (nach Jäger).

Erw.: C. Antenhofer, in: Korenjak, Tyrolis latina 141f.; Helmuth, Interdict 8f.; Woelki, Cusanus und das Interdict 222 Anm. 132.

Yhesus.

Reverende ac metuende in Christo pater. Materia perplexitatis, qua obvoluti tenemur, ista est, que sequitur, in qua enarranda vestra paternitas preter solitum prolixitatem, prout rei seu facti id qualitas aliter suadere non potuit, admittere paterne dignetur.

5 Actum est, ut propter hostilem quandam obsidionem, qua reverendissimus in Christo pater dominus Nicolaus cardinalis tituli sancti Petri etc., episcopus Brixinensis, ab illustrissimo principe Sigismundo duce Austrie, comite Tyrolis, tuteore et advocato<sup>5)</sup> monasterii nostri Montis Omnis Angelorum in Snalls, Curiensis dyocesis, ipsa die Pasche anni currentis (13. April 1460) obsessus et vallatus fuerat et multe pecunie quantitate aliisque dampnis et iniuris, ut fertur, exactus atque affectus sunt alias censuras et penas 10 eidem duci suisque in hac parte complicibus eciam a iure, ut aiunt, inflictas. Ipsam quoque interdicti sentenciam in omnes terras et dominia memorati ducis iam novissime ipso facto latam fuisse per Romanum pontificem declaratum et nichilominus de novo per eundem posita fuerit atque existat, prout hec et alia ex ipsa declaracione et sentencia processit, cuius vestre paternitati presentem copiam submissimus<sup>6)</sup>, aperte satis et clarus poterit deprehendere, quam litteris sugerere potuimus aut neccessarium 15 duximus sive eciam ea ipsa forsitan vestre eidem paternitati universoque iam orbi tamquam ea, que in ipso orbis terre capite, Romana videlicet curia, ubi quod publice agitur, nemo ignorare presumitur, acta et gesta referantur.

Verum, licet ipsam sic factam declaracionem penarum incur sarum et interdicti eciam de novo positi datam sentenciam in omnes terras et dominia ducis prefati, in quibus et prefatum nostrum monasterium 20 situm existit, propter metum et potentiam ipsius et insecuritatem accessus in eius terris et dominio prefato nemo hactenus execuī ausus fuerit atque ob id omnes eciam prelati et clerici omnium cathedralium, regularium, collegiarum et parochialium ecclesiarum universi unanimi quadam concordia crassam quandam seu pocius affectatam ignoranciam, ut videtur, pretendentes seu plus corporum forsitan quam animarum salutem spectantes sive eciam quibusdam pretensis appellacionibus per ipsum 25 ducem inaniter, ut creditur, interpositis, quarum eciam tenores vestre paternitati presentibus transmisimus<sup>7)</sup>, tueri posse forte putantes, cuncta divina officia publice absque observacione cuiuscumque interdicti exequantur.

Nos quoque, licet iuxta ordinis nostri instituta arcus a secularibus actibus remoti sumus illosque plus 30 aliis ignorare expediat, cicius tamen et prompctius aliis cerciori eciam modo quodam et quasi nolentes, ut ita dixerimus, premissa scire et experiri quodammodo exacti sumus. Inde eciam secutum est, ut in perplexitate non minime, prout eciam in alia littera distriximus, foveam prolapsi nichil residui habemus, quam

ut ad vestram paternitatem eandem consulendo confugientes illius informacione, directione et consiliis ex ipsa exuri sollicitus inquiramus.

Et quia occasionem scientie sive noticie seu notificationis premissorum clam quidem et occulte nobis facte, qua videlicet predicta vera esse et certissima non modo uno tantum sed pluribus indubitate argu-<sup>35</sup> mentis et relacionibus, quinymmo eciam presentacione clandestina tamen copiarum processus apostolici v. paternitati transmissarum per quandam canonicum Inticensem de presenti prebendarium nostrum<sup>36</sup>) allatarum, que eciam a certissimo nuncio prefati cardinalis cuidam spectabili viro easdem sub sigillo ipsius cardinalis deferente se transsumpsisse referebat<sup>37</sup>), quamquam alias in inquirendo nequaquam plus aliis aut scrupulosi nimium aut curiosi fuerimus, agnivimus, adeoque certam habemus, ut de declaracione 40 ipsa et sentencia interdicti data, prout in processu continetur, nullum de cetero nobis dubium currat, licet non per modum denunciacions seu publice insinuacionis, que in ipsa tota provincia comitatus Tyrolis nullibi facta est nec umquam fieri posse ob causas tactas creditur, quia, ut premissimus et crebro repetendum est, nemo ob metum ducis ipsius id hactenus attemptare presumpsit sive eciam presumeret forsan in futurum.<sup>45</sup>

Et ne nimium verba protrahendo confusionem pocius quam rei geste declaracionem agere videamur, ipsam occasionem videlicet et causam noticie seu notificationis nobis facte transeuntes et pro certissima et habentes et haberet volentes, ea, dum caput, quibus in ea re magis purgemur, in questiunculas quasdam, quantum potuimus, summavimus, ut sic et consulendi et repondendi atque nos informandi paracior via habeatur. Atque in eventum, quo vestra paternitas, attento certe quia res satis ardua existit, et quia nemo 50 sibi sufficit, quinymmo facilius invenitur et caucius retinetur, quod a pluribus sapientibus queritur, aliquos ex doctoribus universitatis Wienne eciam utriusque facultatis, maxime tamen iuristas, quorum presens videtur esse materiam , prout omnimodis affectamus rogamusque obnixime, consulere duceret, neccessarium nullus vestre paternitati labor novus. Et nos quoque v. paternitatis et illorum consulendorum doctorum informacionibus sive declaracionibus et consiliis susceptis expedicius liberati, quod 55 iustum et faciendum sive eciam obmittendum fore per vestram paternitatem et illos decretum fuerit et determinatum, absque dissimulacione qualibet omni timore cuiuscumque terrene potestatis postposito exequemur.

Hucusque enim ad persuasionem et preceptum patris nostri venerabilis domini Alberti<sup>10</sup>), cui in premissis uti in omnibus assenciendum et obediendum fore duximus cautissimum, licet in extrema 60 egritudine constituti et extrema absoluzione atque sacra unccione absque omni spe convalescencie iam secundo communiti, alii nos provincialibus prelatis et clericis universis in divina officia publice more solito exequendo saltem ad consultacionem usque paternitatis vestre nos conformari debere delegimus, ne quasi propria auctoritate aliis longe incomparabiliter impericiores propter prefatam occultam notificacionem tantum, licet rei geste indubiam et certissimam soli et singulariter ex omnibus religiosis et clericis 65 ad observationem interdicti ipsius inconsulte procedendo, obinde forsitan eciam sine causa inter alia pericula rerum et possessionum nostrarum iacturam nos erga ducem memoratum incurrire contingisset. Tanto porro periculosius premissis nichilominus involvimus et infuturum involvi non immerito formidamus, nisi celerius per v. paternitatis informacionem sive eciam presenciam personalem, prout in sequentibus subnotavimus, nobis succurreratur, quanto iam de cetero omni consilio et auxilio prefati patris nostri 70 destituti, utpote qui nec sibi ipsum ob magnitudinem infirmitatis cottidie ingravescentis attendere potest, quasi oves sine pastore errantes in precipicium et raptum luporum quodammodo urgere compellimur. Ceterum, si forsitan eo ipso, quod alii uti premissum est, clericis conformes interdictum ipsum ob causas premissas hactenus absque tamen contemptu non servandum censuimus sentencias suspensionis et irregularitatis incurrissemus.<sup>75</sup>

Ex tunc vestre paternitatis personalem presenciam sine mora qualibet, que hic periculosissima foret ad nos absolvendos aliasque, quomodo nos in premissis habere expedit, informandos instantissime requiri mus. Si tamen auctoritate privilegiorum ordinis in hoc casu absolvvi poterimus, in quo eciam vestre paternitatis declaracioni standum erit, alioquin ut ad Romanam curiam pro absolucione et dispensacione obtinendis mittere possimus, licenciam indulgere. Et nichilominus vestris litteris clausis sub nomine 80 vestro, visitatoris generalis, ad prefatum cardinalem nos promovere eidem nostram diligenciam et sollicitudinem in premissis significando et pro nobis, ut apud sumnum pontificem commendatos nos paterne excipiat, supplicando atque alia quecumque, que vestre paternitatis providencia magis quam simpliciani

---

33 exuri: em. exiuri. 42 provincia: em. provincie.

nos et iuris ignari presencium qualicumque stilo designare potuimus, quomodolibet oportuna iudicaverit,  
85 ita paterne et exacte pertractet nobisque sua presencia sive alias per clarissima scripta, si per eadem  
minime forsitan absolvi possemus, eadem v. paternitatis demandet, iudicet atque manifestet, ut de  
misteria perplexitatis huius liberi devocius altissimo pro vestre paternitatis longevitate et salute indubie,  
uti tenebimus, psallere satagamus.

Preterea de appellacionibus ipsis per principem ipsum interpositis id omnino pretermittendo non est,  
90 quod occasione earum et propter eas quedam certi tenoris declaracio per summum pontificem de  
consilio cardinalium facta perhibetur, quam in effectu continere dicuntur, ut quicunque a summo  
pontifice actu presidente appellare presumpserit, hereticus censeatur.<sup>11)</sup> Quidam vero dicunt hoc ipsum  
eciam de universis predictis appellacionibus adherere volentibus seu adherentibus cautum fore. Unde et  
episcopus Tridentinus, quia duci ipsi favendo et appellacionibus adherendo interdictum servare contemp-  
95 sit, ab omni pontificali honore et officio fertur esse depositus, quamlibet administrationem spiritualium  
et temporalium adhuc de facto agere et excercere audeat.<sup>12)</sup>

In primis igitur circa presentis perplexitatis materiam querendum esse videtur: An statim propter  
hostilem obsidionem ipsam prefati cardinalis interdictum ipso iure in omnes terras et dominia prefati  
ducis latum, sicuti ex ipso processu apostolico declaratum esse manife ste deprehenditur, fuerit ad ipsius  
100 interdicti observacionem procedendum seu alia publica informacio sive denunciatio iuxta conscientiam  
insuper ad vitandum scandala expectanda?

Secundo, an saltem post privatam et occultam, ut premissum est, notificacionem declaracionis facte per  
papam et sentencie interdicti eciam de novo in omnes terras et dominia ducis ipsius late fuerit, ad obser-  
vationem interdicti per nos singulariter propria auctoritate procedendum, non obstante, quod ipsa  
105 matrix<sup>13)</sup> ymmo prorsus nulla ecclesia vel monasterium sive clerici quicunque comitatus Tyrolis ipsam  
sentenciam propter subtractionem publice insinuationis, que illis nequaquam propter insecuritatem  
accessus fieri potest, licet in locis circumviciniis et per papam designatis et in ipsa curia ipsam publicatam  
fore conset, et perinde haberri ac si in faciem omnium executa fuisset?

Tercio, quia, si sic dubium ullum erit suspensionis et irregularitatis nos similes incurrisse, an tunc  
110 vigore certorum privilegiorum ordinis per vos patrem visitatorem nobiscum dispensari possit et a senten-  
ciis ipsiis valencius absolvi sive an specialiter apostolica sedes sit consulenda?

Quarto, an premissis omnibus non obstantibus sit per nos, eciam singulariter nullo habito respectu ad  
matricem ecclesiam, quantocius ad ipsius interdicti observacionem procedendum?

<sup>1)</sup> Der Text wurde noch im Jahr des Brunecker Überfalls, also 1460, geschrieben; s. Z. 8 (anni currentis). Er setzt die Kenntnis von der Exkommunikationsbulle Nr. 6281 voraus, die auch in derselben Handschrift inseriert ist. Wegen der räumlichen Nähe liefert die Publikation der in Z. 24 erwähnten Appellation Nr. 6291 (bzw. ihrer erweiterten Fassung Nr. 6347) in Chur am 11. September 1460 (s.o. Nr. 6291 Anm. 1) einen sicheren Terminus post quem. Der in Nr. 6360 Z. 59-62 als bereits todkrank beschriebene Prior Albrecht urkundete noch am 23. September 1460; s. Rief, Beiträge 136 Nr. 402.

<sup>2)</sup> Die Identität des Mönches konnte nicht geklärt werden. Es handelt sich nicht um den Prior Albrecht, der in der dritten Person als krank erwähnt wird; s. Z. 59.

<sup>3)</sup> Das Schreiben kann als sprechendes Beispiel für die durch Zensuren ausgelöste Unsicherheit – hier des monastischen Klerus – interpretiert werden. Eine Antwort des Generalvisitators ist nicht bekannt. Die Kartause Allerengelberg bei Schnals ließ sich am 22. März 1461 von dem gebannten herzoglichen Rat Parsifal von Annenberg einen Vertrag mit der Stadt Meran aus dem Jahre 1448 beglaubigen, scheint also das päpstliche Verkehrsverbot missachtet zu haben; s. Rief, Beiträge 136f. Nr. 403.

<sup>4)</sup> Provenienz: St. Paul im Lavanttal. Zur Hs. s. Tabulae codicum manu scriptorum IV 136; H. Menhardt, St. Pauler Handschriften in Wien, in: Carinthia I 149 (1959) 524-533, hier 530-532; I. Németh, Handschriften und Inkunabeln Kärntner Provenienz in der Österreichischen Nationalbibliothek, in: Carinthia I 174 (1984) 173-192, hier 186 Nr. 51.

<sup>5)</sup> Die Kartause Allerengelberg war 1326 von Hzg. Heinrich von Kärnten (1310-1335 Gf. von Tirol) gestiftet worden; vgl. J. Riedmann, Die Kartäuser und die Gründung der Kartause im Schnalstal, in: Der Schlern 65 (1991) 390-404.

<sup>6)</sup> Dem Schreiben lag also eine Kopie von Nr. 6281 (1460 August 8) bei. Eine Abschrift hiervon folgt in der Hand- schrift auf f. 5r-11r.

<sup>7)</sup> Wohl eine Kopie der Appellation vom 13. August 1460; s.o. Nr. 6291. Sie wurde am 11. September 1460 in Chur publiziert; s.o. Nr. 6291 Anm. 1.

<sup>8)</sup> Wohl der Innicher Chorberr Paulus Helmslaher, der seinen Besitz testamentarisch der Schnalser Kartause stiftete; s.o.

*AC II 7, 2116 s.v.; W. Neubauser, Die Bibliothek der Kartause Schnals und ihr Beitrag für ihre Umgebung, in: Der Schlern 65 (1991) 405-419, hier 414.*

<sup>9)</sup> Der Publikationsweg der Exkommunikationsbulle Nr. 6281 lässt sich also über Belluno und Osttirol bis ins Schnalstal nachvollziehen; s.o. Nr. 6281 Anm. 2. Im Eisack- und Pustertal sorgte der Herzog dafür, dass eine Publikation unterblieb; s.o. Nr. 6281 Anm. 2.

<sup>10)</sup> Albrecht, 1453-1460 Prior der Schnalser Kartause (letztmals erwähnt am 23. September 1460). S. Rief, Beiträge 20 Anm. 7, 121-136. Sein Nachfolger hieß Anselm (erstmals erwähnt am 27. Mai 1461, letztmals am 5. Mai 1465). Vgl. auch die Liste bei R. Bertel, Die Prioren der Kartaus von Allerengelsberg im Schnalstal, gestiftet am 25. Jänner 1326 von Erzherzog Heinrich, Der Schlern 65 (1991) 77-79, hier 77 (nach Rief).

<sup>11)</sup> Gemeint ist die Bulle ‚Execrabilis‘ vom 18. Januar 1460. S. dazu oben Nr. 6382 Anm. 7.

<sup>12)</sup> Vgl. Nr. 6293 (1460 August 15).

<sup>13)</sup> Vgl. Clem. 5.10.1 (*Ex frequentibus*), ed. Friedberg II 119f.: Ordenskirchen müssen ein Interdikt in jedem Fall einhalten, wenn die ecclesia matrix dies tut. Dem Verfasser von Nr. 6360 scheint hier der Umkehrschluss vorzuschweben.